

No. 59. 1396. 28. Dec.

Burkard genannt Strnad von Winterberg königlicher Kammermeister beurkundet die Bedingungen, unter welchen die Wiedereinlösung der wegen einer Forderung von 10000 Schock Groschen ihm verpfändeten Stadt und Burg Pirna und Vesten Königstein und Lilienstein durch König Wenzel oder dessen Nachfolger zu bewirken sein wird.

Ego Burkardus dictus Strnad de Winterberg magister camerae regalis recognosco meo heredumque meorum nomine publice universis, quod sicut serenissimus princeps dominus et dominus Wenceslaus Romanorum rex semper augustus et Boemiae rex dominus meus gratus mihi et heredibus meis castrum et civitatem Pirne et etiam fortalitia Kunigenstein et Lilgenstein cum omnibus et singulis bonis ad ea cum plena libertate spectantibus in decem millibus sexagenarum grossorum Pragensium pro debito et servitiis meis dedit et benivole obligavit quemadmodum hoc idem plenius in littera regiae maiestatis mihi data expressatur, sic ego praefatus Burchardus sano et maturo parentum meorum praehabito consilio promitto praesentibus meo heredumque meorum nomine bona fide sine dolo malo quolibet, dicta castrum civitatem fortalitia et bona omnia ad ipsa spectantia, cum et quando dictus dominus rex Wen. vel heres seu filius ex lumbis ipsius legitime procreatus voluerit rehabere et mihi vel heredibus meis sex millia sexagen. grossorum monetae praedictae dederit et assignaverit, condescendere ex tunc et resignare dilatione qualibet procul mota, si autem quod absit dicto domino meo rege sine liberis masculini sexus legitimis ab hac luce decedente alium quemcunque in regnum succedere contigerit et in casu si idem successor dicta castrum civitatem fortalicia seu bona ad ipsa spectantia rehabere et redimere voluerit, decem millia sexagenarum pro me dicto Burkardo aut meis heredibus et possessoribus bonorum dare tenebitur et assignare. In cuius rei evidentiam sigillum meum praesentibus est appensum. Datum Pragae feria quinta in die Innocentum anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Siegel an einem Pergamentstreifen.

Heckel histor. Beschreib. v. Königstein S. 19.

Am 29. März d. J. hatte König Wenzel auch dem Peter Stluksa vierhundert Schock Groschen auf Stadt und Schloss Pirna verschrieben. Pelzel Wencesl. Th. II. S. 324.

No. 60. 1397. 21. Febr.

König Wenzel erklärt, dass die Bewohner der an den Kammermeister Burkard Strnad von Janowicz verpfändeten Gebietstheile während der Dauer der Verpfändung Geschoss, Steuern und andere Oblasten an den Pfandinhaber abzuführen haben; übrigens aber bei ihren hergebrachten Freiheiten und Rechten ungeschmälert bleiben sollen.

Wir Wenzlaw von gotes gnaden Romischer kunig zu allen czeiten merer des reichs vnd kunig zu Beheim bekennen vnd tun kunt —. Wann wir nehsten dem edlen Burkart Stirnad von Janowicz vnserm camermeister rate vnd liben getrewen